

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus quartus de iusto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

sunt aurum in eorum generatione ipsis admiscuit, propter quod honoratissimi sunt. Illis autem qui ad auxiliandum, argentum indidit. Ferrum denique atque aes agricolis et alijs opificibus. Tanquam igitur eiusdem generis omnes, similes vobis plurimum generatis. Euenit autem quandoque, ut ex auro nascatur argenteus, et ex argento similiter aureus ceteraque ita vicissim. Quapropter ipsis principibus et primo et maxime deus praecipit, ut nullius rei maiorem curam custodiamque suscipiant quam natorum, ut dignoscant quid ex quattuor his potissimum illorum, a se sit mixtum: et si quis ex ipsis nascatur aeneus aut ferreus, nullo pacto misereantur, sed honorem illi naturae convenientem tribuentes, inter opifices vel agricolas mittant. Rursusque si ex illis nascatur aliquis aureus vel argenteus, honorantes extollat, partim quidem in custodes, partim auxiliares: quasi oraculum sit, tum reipublicae peritiam, cum ipsam vel aeneus custos vel ferreus gubernabit. Habesne quomodo huic fabulae fidem adhibeant? Nullo modo, quo pacto isti: quo autem modo istorum filij ac reliqui posteri, habeo. At hoc bene se haberet ad maiorem curam sui et civitatis habendam. Ferme quod dicis intelligo. Et hoc quidem illuc tendet, quod oraculum perducet. Nos autem hostes terrae genitos armantes ducentibus principibus producimus. Profecti autem explorent, ubinam in ciuitate sit optimum castra ponere, unde et eos qui intus sunt, maxime cohibeat, si quis nolit legibus ipsis obtemperare, et eos qui extra, repellant, si hostes tanquam lupus ad ouile perrexerint. Cum vero castra posuerint, et quibus oportet sacrificauerint, tabernacula struant. Sicne? an aliter? Sic certe. Num hominum qualia contra hyemes et calores sufficient? Quidam? habitationes n. dicere mihi uideris. Sic aio, sed militares non opulentas et mercatorias. Quo differre asseris hoc ab illo? Conabor equidem declarare. Grauisimum quippe omnium, et turpissimum pastorem esset, si ita canes gregis custodes futuros nutrent, ut ex intemperantia, aut ex fame, aut ex aliqua alia mala consuetudine, canes ipsi aggrediantur pecuariae laedere, et pro canibus similes lupis efficiantur. Graue nimium. O non itaque nobis cauendum, nequid tale aduersus ciues efficiat, qui defensores adhibentur, cum ipsis ualentiores sint, neque beneuolorum loco sociorum, aggressibus dominis se similes praebent. Cauendum sane. Nonne maxima esset adhibita cautio, si reuera placere educati sint? Sunt quidem. Hoc quidem, o amice Glaucos, asserere non decet, quod autem nuper dicebamus, nimirum decet, quod oportet ipsos recte, si qua est, consequi disciplinam, si modo mites futuri sunt et sibi inuicem et his quos custodiunt. Et recte quidem. Ad hanc igitur disciplinam quisque sana mentis diceret, habitationem et reliqua suppellectilem ita adhibendam, ne ipsos quo minus optimi uiri essent prohiberet, neque eos ad ceteros ciues ledendos induceret. Et uere quidem. Inspice igitur an tali quadam ratione eos oporteat uiuere et habitare, si quidem futuri sint tales. Primo quidem nemo proprium quicquam possideat, nisi quatenus summa cogat necessitas. Deinde neque domum neque penam habeat, quod non omnibus pateat aditus. Quae uero ad uictum pertinent, rata sint apud eos, quatenus indigent militares athletae temperati ac fortes: accipiantque ex instituto ab alijs ciuibus mercedis tantum custodiae gratia, ut exacto anno, neque desit quicquam, neque supersit. Conferentes autem se

ad comessationes, perinde atque in castris, communi uescantur conuiuio. Dicendumque est illis, aurum et argentum diuinum a dijs in animo eos habere, neque humano auro indigere, neque sanctum esse, illius possessionem admixtione mortalis auri inquinari. Nempe ex uulgi pecuniarum multa impia prouenerunt: quod uero inest illis aurum, prorsus immaculatum. Profecto solis ipsis ex omnibus qui sunt in ciuitate, tangere aurum aut argentum, aut sub recto suo recipere, aut circumferre, uel ex ea materia bibere, nefas. Hoc ergo pacto et sibi et ciuitati salutem parerent. Siquando uero domum sibi aut agrum aut pecuniam priuatim possederint, administratores familiae, et agricola pro custodibus erunt, et uice eorum qui ciuibus auxilio sint, domini eorum infensi efficientur: et ipsi odio habiti, odioque alios habentes, et insidias parantes, pariterque patientes. Vitam uniuersam degent. Ubi multo magis ciues quam externos hostes timebunt, accedentque iam tunc proximè ad perniciem tam ipsi quam reliqua ciuitas. Horum igitur omnium causa dicamus custodes ipsos circa domum et reliqua omnia ita instructos esse debere. Haec lata sit lex, an non? Sic esto.

DIALOGVS

QUARTVS DE
I V S T O.M A R S I L I I F I C I N I
A R G V M E N T.

RADITVR in quarto libro modum possessionis atque ciuitatis, ut neque diuites nimiam ciues sint, neque pauperes. Putat enim tam inopia quam inopia seditiones omni, uoluntatemque dissipari. Iudicat pro cetera ciuitate illam non esse unam, sed plures, in qua alij quidem pauperes sint, alij uero diuites: atque ut fieri solet, diuites contemnant pauperes: hi uero erga illos, et inuidia afficiantur et odio. Unde sensim descendit ad mysterium suum, ut omnia uidelicet sint communia, ne alij minus, alij uero plus habeant, et inde inuidiae, mendaciae, furiae, et hinc luxuria, superbia, pigritiaque nascantur. Adde quod possessio rerum tam excedens quam deficiens, non solum moribus et concordia, sed ingentibus et artibus obest. Docet non diuitijs, sed uirtute seruari ciuitatem, magnamque gerere. Item quamlibet ciuitatis partem non ita respondendam esse ut in seipsa quam optime habere se uideatur, sed ut cunctis conferat, communi: ciuitatis totius conducatur bono. Alioquin neque ciuitatem ipsam, neque partes illas posse consistere. Adde pro cetera ciuitatis augendae modum, quatenus scilicet ciuitas una permaneat. At cum primū perdit uirtus posse uidetur, non esse uirtutem augendam. Praecipit ergo, ut neque exigua, neque uasta sit ciuitas, sed mediocrius aequalisque, et concors, quo eius uirtus conferretur. Quam uero messem frustra sperat qui negligens fuit in seminando, idcirco totū studium circa pueritiam adolescentiamque adhibendum esse iudicat, quasi circa messis uerban et seminum, adeo ut etiam uerborum, ludorum, gestuumque singulorum ratio diligens circa pueros adolescentisque habeatur. Alioquin si negligatur haec aetas, non aliter circa leges quotidianas frustra laboratum iri, quam si qui phar-macis eū quotidie curare contenderit, qui nullum seruare uelit in uita temperantiae modū. Inter haec considera ludos in studia sensim, moresque conuerti. item sicut homini et natura robusto, et uictu prudenti atque temperato, nullis penè inquam opus est medicinis: ita ciuitati et optime ab initio constitutae, et in ea forma perseveranti, neque multis ab initio legibus, neque quotidianis deinceps constitutionibus opus esse. Malas uero res in quotidiana quidem per nouas leges curatione uersari, nunquam uero bene ualere. Quapropter in hac re, tanquam optima Plato nullum circa leges adhibuit studium, sperans prudentes bonosque uiros leges esse uiuentes. De legibus uero sacra quid? Multo certe minus in his censuit laborandum. Nemo enim quae ratione colendus sit deus, intelligit inquam, nisi prius intelligat deum diuinum

Diuinum verò solem nisi ipso diuino sole se monstrante, videre non possumus. Petendas ergo religionis leges ab Apolline. diuino lumine, iudicat: petendas inquam, non lingua, sed purgata mente atque serena. Mitto quid hic de historia tangat oraculorum. Hæc enim notissima sunt. Allegoricè verò significat Apollinem, id est, diuinum lumen: sedere, id est, firmiter adesse: media terræ, id est, ubique rerum omnium penetrabilibus. In umbilico conuiescere, id est, in mente à sensibus segregata, atque instar figuræ motionisq; sphericæ in se reflexa. Præterea Apollinem omnibus esse patrum, id est, præsentem & familiarem, atque propitium: patrem quidem nascentibus, patriam denique reuertentibus. Constituta uero reipub. deinceps quattuor in ea virtutes agnoscit. Prudentiam in principibus, id est, rectè custodiendi consulendiq; scientiam. Fortitudinem in militibus, id est, firmam sententiam inuis tam illecebris quam oninis audendi pro patria in periculo, quatenus leges magistratusq; præcipiant. Temperantiam in principibus simul & militibus, atq; artificibus, id est, consensionem quandam qua libenter cuncti conueniunt, ut alij quidem imperent, alij pareant: & inter eos qui parent, alij quidem in bello, alij in officio pareant: neque ob voluptates villas consensio talis impediatur, imò cupiditates inferiorum, superiorum imperio consilioq; obtemperent. Iustitiam quoque in omnibus, per quam suum quisque, id est, ad quod & natura & studio est aptissimus, opus munusq; exequitur tam publice quam priuatim cõmunis commodi gratia, neque quisquam sibi vendicat alienum. Quod autem temperantiam appellauit Diapason harmoniam, intellege Diapason consonantiam resultantem ex dupla tensionis, uelocitatis, uelocitatis & proportione ad id quod duplo remissius est, tardiusq; & lenius. Ex qua quidem proportione dupla consurgit acutæ, id est, octauæ uocis excessus ad grauem. nec immerito. Prima enim proportio dupla inter duo & unum. In qua quidem proportione binarius numerus dum superare uidetur, unum recreat, & geminat unum. Binarius deinde dum mouetur ac reuoluitur in seipsum, octo producit numerum solidum. Bis enim duo bis, octo consunt. Dicitur autem Diapason, id est, per omnia. Consonantia enim eiusmodi, & omnes intra se continet, & replicatur in omnibus. Nec ab re Plato inquit, temperantiam, quasi diapason extendi per summos ciues infimosq; & medios. In octaua enim & grauis uox, & acutissima est. & mediæ. Sed ut ad iustitiam redeamus, quæ admodum in diapason consonantia uox octauæ Socrates, se conferat ad iustitiam apud Pythagoricos octonario numero designatam. Cum enim iustitia sit equalis omnino pro cuiusque meritis distributio, ciuitatisq; solidum fundamentum, iuste per octonarium describitur numerum. Hic enim numerus & solidorum primus est, primusq; omnium in numeros ita soluitur pariter pares, hoc est in bis quaternos, ut nihilominus in numeros æquè pariter pares diuisio quoque ipsa soluitur, id est in bis binos rursusq; qua equalitate resoluitur, eadem quoque contexitur. Nam bis bini bis, octonarium, ut dixi, constituit equalitatis iuste simulacrum. Quapropter Orpheus ubique diuinam iustitiam obtestari solebat, per numina octo iurabat, ignem, aquam, terram, calum, lunam, solem, planetamq; & noctem. In Aegyp̄tia quoq; columna in signum iustitiæ posita numina octo notabantur inscripta, quemadmodum testatur Euander, Saturnus, Rhea, Osiris, spiritus, calum, terra, nox, dies. Denique celestis iustitiæ ordinem sphericis octo digestum esse omnis arbitratur antiquitas. Socrates, post hæc ostendit iniustitiam esse subitum ciuitatis exitium, quando aliena singuli usurpantes omnia perturbant atq; confundunt. Iustitiam uero ciuitatis ordinem esse atque salutem. Proinde ex manifestiori hac ciuitatis iustitia, ad occultiores transit in animo quasi latentem. Diuiditq; trifariam animi vires, in rationem loco principis, & vim irascendi uice militum, naturamq; concupiscentiæ opifici similem. Probatq; unam in nobis esse animam, cuius, & in qua hæc tres sint vires, non loco intra se, sed proprietate distinctæ. Quod quidem & Peripateticos quosdam latratores refellit, & cuiuslibet diligenter legenti potest fieri manifestum. Hanc uero distinctionem adducit, ut pateat quomodo inter se anima atque ciuitas, & illius & huius iustitia sint per similes. Inquit ergo, Cum nequeat alia per eandem sui vim circa idem simul opposita facere, necesse est eam tres saltem vires habere. Quippe cum eodem in tempore per libidinem rapiatur ad voluptatem, et per rationem interim reuocetur. Item per libidinem retrahatur à prælio, per iracundiam prouocetur ad pugnam. Ex quibus patet rationem esse à libidine differentem, et ab eadem differre etiam irascendi vigorem. Differre quoque hanc à ratione patet, tum in pueris nondum uentibus ratione, iracundia

tamen valde feruentibus, tum in alijs multa per iram præter rationis legem agentibus. Propinquoerem uero irascendi vigorem rationi ex eo esse probat, quod indignatio sæpe rationi optulatur contra libidinem. Concludit deinceps iustitiam unã cum temperantia esse legitimum quandam consensionem, tum in cuiuslibet animo trium quas diximus partium, tum in ciuitate trium his partibus consensuum. Consensionem inquam in gubernando, exequendo, obediendo, atque in proprijs muneribus peragendis, & alienis non usurpandis. Nec immerito hic iustitiam temperantia germanã, nominat harmoniam, ex acutis uocibus & grauib; medijsq; constantem, uocibus inquam principes & quæstuarios mediosq; horum milites referentibus. Deinde ut quæstioni iandiu adductæ respondeat, quærenti quidnam iustitia iniustitiq; in animo partiant, dicit uirtutem esse animi sanctam pulchritudinemq; & robur: uitiu uero morbum, turpitudinẽ, imbecillitatem. Siquidem uirtus cunctas animæ partes, ut statuit natura, disponit & seruat. Vitium uero contra, nature ordinem confundit atque perturbat. Quoniam uero quando deprauata omnino corporis est natura, præstat mori quam uiuere, etiam si externa nobis abunde suppeditentur, idcirco concludit illius uitam tanquam miseram esse ab omnibus fugiendam, in quo anima per quam uirtus per uitium est deprauata. Postremo in ipso libri huius calce asserit eiusmodi animam ciuitatemq; quam descripsit, optimam esse atq; felicissimam. Animam ciuitatemq; regiam, à regina uidelicet hominis ratione dispositam. Addit eiusmodi gubernationem tum regiam appellari, quando inter multos bonos excellat quidam mansisse omnium præstantissimus: tum reipub. optimatum, quando plures pariter uideantur excellere. Omnino uero eandem esse gubernationem existimandam. Annuit quoque se in sequenti libro quattuor reliquas, tum animorum, tum rerum publicarum affectiones ordine distulurũ.



IC Adimantus respondens, quid, ò Socrates, afferes, inquit, si quis te dicat non multum hos viros beatos efficiere, cum tamen ipsi sint quorum reuera est ciuitas, nihil aut ex bonis ciuitatis accipiant, quemadmodũ alij, qui & agros & magnificas domos supellectilemque huiusmodi domibus conuenientem possident, sacraque dijs priuata faciunt, hospites excipiunt, qua tu nunc dicebas, aurum & argentum adepti, & quæcũque ad felicitatem conferre putantur: isti uero tanquã auxiliarij quidã mercede conducti in urbe sedent, nihil agentes aliud quam custodiam? Certè, inquam ego, ut qui victũ præterea solum recipiant, neq; mercedẽ ultra uelint, ut alij solent. Quocirca neq; si proficisci priuatim aliõ uelint, licebit ipsis, neq; quicquã scortis largiri, aut ad quas alia pecunias erogare, eorũ more qui beati putantur. Quæ tu et alia multa huiusmodi reprehensione digna prætermittis. Atqui, inquit Adimantus, sint et ista in accusatione cõprehensa. Quaritur igitur, inquam, qua rone defendamus superiora? Nepe istud quero, inquit. Eandem inquam uiam illã ingredietes, inueniemus, ut arbitror quæ sint dicenda. Dicemus porro nihil mirũ fore, si ita isti felicissimi sint. Non tamẽ ad hoc respicientes cõstituumus ciuitatẽ, ut una aliqua nobis gens sit præcipue felix, sed ut quàm maximè ciuitas uniuersa. Speramus enim in huiusmodi ciuitate iustitiã maximè inuenire: cõtrã uero in ea quæ pessimè instituta esset, iniustitiã. Quibus inspicetis, faciliẽ nos quod iãdiu querimus, iudicatuos existimauimus. Nunc sanè, ut opinamur, beatã fingimus, non ut pauci quidẽ in ea beati sint, sed ut ciuitas tota. Deinceps autẽ contrariã contemplabimur: quemadmodũ enim si quis nos figuram hoĩs depingẽtes vituperet, quod pulcherrimis atq; alijs partibus non pulcherrimis etiã colores apponamus: oculi enim pulcherrimũ membrum non purpura, sed nigro colore essent depicti: decenter utique respondere uideamur, non oportere adeo nos pulchros oculos pingere, ut ne oculi

culi quidem esse videantur, ac neq; cetera membra: sed considerare debere, si singulis decorem suum attribuentes, totum pulchrum reddamus. Sic neque nunc nos cogas, diceremus, ea custodes felicitate efficere, quae illos quidvis aliud potius quam custodes efficiat. Possimus enim et agricolas hortari, ut preciosissimo corporis cultu auroq; ornati animi tantum gratia colerent terram: & figulos ut à dextra discumbentes, atq; ad focum conuiuium celebrantes, missa rota quantum animo lubeat, figulinam exercerent: & alios omnes hoc modo beatos efficere, quo uniuersa ciuitas felix esset. Sed ne nos ita moneas. Porro si tibi parebimus, neq; agricola, agricola erit, neq; figulus, figulus, neq; ullus alios formam habebit eorum ex quibus fit ciuitas. Sed aliorum quidem ratio leuior. Sutores n. facti deteriores deprauatiq;, & simulantes id esse quod non sunt, ciuitati nihil inferunt graue. Custodes autem legum & ciuitatis si non sint, sed appareat, vidésne ut omnem ciuitatem simul perdant? Rursusq; custodes ipsi bene eam constituendi, beatamq; reddendi soli opportunitatem habent. Quamobrem si veros ciuitatis custodes querimus, minimè eos eligere debemus, qui noceant ciuitati. Qui vero illud dicit, & agricolas non tanquam in ciuitate, sed tanquam in festa quadam celebritate discumbentes felices facit, aliquid certè aliud quam bonum considerat ciuitatis. Videndum igitur virum ad hoc respicientes custodes constituamus, ut quam maximè felicitate abundant, an potius totius ciuitatis rationem habeamus, ut tota sit felix, auxilios autem istos atq; custodes cogere et persuadere deceat illa facere, ex quibus optimus sit suis quisq; operis artifex, ceterosq; omnes similiter. Atq; ita uniuersa aucta ciuitate, recteq; instituta, sinendum ut singuli quatenus cuiusq; natura capax est, beatitudinis sint participes. Probè, inquit ille, mihi loqui videris. An & quod huic est proximè, inquam ego, videbor tibi rectè dicere? Quid maximè? Contemplare nunquid ista ceteros quoq; artifices ita corrumpat, ut prauis sint. Quae nam ista? Diuitiae videlicet & paupertas. Quae ratione? Ita. figulus diues factus videtur tibi vterius curam suae artis habere? Minimè. Pigrior certè negligentiq; reddetur. Valde. Quare & deterior figulus. Et istud. Rursus aut si propter inopiam instrumentis et reliquis quibus indiget ars, careat, & opera ipsa deteriora faciet, & filios ac ceteros quoscunq; docebit, deteriores artifices reddet. Quidni? Ex vtriusq; igitur tam opulentia quam paupertate, & praua artificum opera, & prauis artifices ipsi fiunt. Sic apparet. Alia ergo quadam inuenimus nostris custodibus obseruanda, ne ipsis inscjs in ciuitate irrepant. Quae nam ista? Opulentiam, inquam, & inopiã. Illa si quidem delicias, desidiam, seditiones, rerum nouarum studium parit. Haec aut cum rerum inuolutione illiberalitatem, & maleficia gignit. Sic est profusus. Veruntamen, o Socrates, animaduerte quaso, quo pacto nostra haec ciuitas cum pecunijs careat, bellum gerere poterit. p̄sertim si quando aduersus amplam opulentiamq; ciuitate arma capere cogetur. Constat vtriq; quod aduersus vnam difficile, sed aduersus duas tales, certè facilis. Quo istud aus? Quod equum est vtrique dico. Principio si committenda pugna est, nonne hi bellicis rebus exercitati, aduersus diuites pugnabunt? Fateor equidem istud. Quid verò Adimante? Vnus pugil opti-

Quae mala
ex opulētia
& pauper-
tate orian-
tur.

mè ad hoc instructus, nonne contra duos huius facultatis ignaros, diuites insuper ac pingues videtur tibi facile pugnaturus? Haud fortè simul. An fortè neque etiã si licuerit subterfugiendo eius qui primus inuadit. Et si euitare, deinde subita cōuersione eum cadere? Quin si sapius in sole et aestu id egerit, plures hmoi homines vir talis subiget. Nempè nihil mirum. An non putas diuites pugilū artis plus vsu & notitia consecutos esse quam bellicã? Equidem. Facile itaque athletae nostri, ut cōsentaneū est, cum duplis triplisq; ipsorum certabunt. Id quoque admittam. Nam probè loqui videris. Quid si missa in ciuitate aliam legatione, vera dixerint: quod nos quidè auro et argento non vtimur, neq; nobis fas est, vos ergo bellū nobiscum gerentes, quae alij possident, habetote: censetis vero aliquos his auditis, contra canes duos aptosq; pugnare malle potius, quam vna cum canibus huiusmodi contra pingues ones ac molles? Haudquaquam mihi videtur. Verū si in ciuitate vna ceterorum pecunia cumulentur, caue ne minus pecuniose periculum inferat. Beatus es, quandoquidem putas decens esse aliam quandã appellare ciuitatem, quam talem, qualem ipsi constituimus. Quid prohibet? Ampliorem appellationem exigunt alia. Nam quaeq; illarū, ciuitates multae sunt, non ciuitas, ut his qui, quod prouerbio dicitur, ciuitates ludunt. Vna quaeq; sane duae est saltem, inuicem distictes. Vna quidem pauperum, diuitum altera. Rursus in vtraq; istarū permixta: quibus, si ut vni intendas, perieris aberrabis: si ut multis, tribues ea quae abortiu sunt alijs, tã pecunias quam potentias, aut & ipsos p̄terea, si eius auxiliatoribusq; semper multis vteris, hostibus aut paucis. Et quatenus ciuitas ita ut nuper ordinata esse perata existet, maxima erit. Non opinione, inquam, sed reuera maximam fore, et si mille duntaxat propugnatoribus constet. Ita n. magnam ciuitatem vnam haud facile vel inter Gracos, vel inter Barbaros quandoq; reperies: quae tamen huiusmodi ciuitate multo maiores videantur multis, inuenies. An aliter sentis? Non aliter per Iouem. An non hic igitur pulcherrimus erit nostris principibus augenda ciuitatis terminus, cui cum tanta fuerit, tantã regionem tribuere decet, reliquam aut dimittere? Quisnam terminus? Arbitror equidè, quosque ad aucta ciuitas vna permaneat, eo vsq; augenda esse, non vltra. Praclare. Hoc p̄terea praeceptū custodibus seruandū mandabimus, ut nec parua ciuitas, nec magna videatur esse, sed vna atq; sufficiens. Atqui leue quid forsitan illis praecepimus. Et istud lenius p̄terea, cuius in superioribus mentione fecimus, cum diceremus oportere siue quis custos ignauus nascatur, ad alios mittere: siue ex alijs probus, ad custodes ipsos trãferre. In quo plane ostendere volebamus, quod et aliorū ciuium vnumquens ad vnu id opus duntaxat ad quod natura est aptus, ducere decet, ut quisq; vnu aliquod suū opus exercens, non multi, sed vnus existat, atq; ita ciuitas tota vna fiat, non multi. Est hoc et illo minus. Haudquaquã, o bonè vir Adimante, haec multa ac magna, ut existimaret aliquis, illis p̄cipimus, sed lenia oia exiguaq;, si vnu, ut dici solet, magnū seruent, imò verò pro magno, sufficiens. Quid istud? Educationē, inquam, et eruditionē. Nã si bene educati, viri moderati euaserint, facile oia ista discernent, cum alia quotcūque nos in praesentia p̄mittimus, tum mu-

liorum

Proverbiū

lierum virorumq; coniunctiones, & procreationes filiorum, quod videlicet oporteat amicorum oīa hac secundū proverbiū quā maxime esse cōia. Rectissime profecto ita fiet. Etenim respub. si semel coeperit bene, progreditur tanquā circulus semper proficiens. Quippe educatio eruditioq; bona servata, ingenia quoz bona efficit. Rursusq; bona ingenia educationem hmoi consecuta, meliora et quā prius evadunt, tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in ceteris aīalibus. Consentaneum id quidē. Deniq; ut summam dicā, hoc diligenter est a civitatis tutoribus observandū, ne clam illis ignoratibus corrumpatur. Imō istud in primis curent, ne quid prater ordinē a nobis datū circa gymnasticā et musicā innovetur, sed illū quā maxime fieri pōt quisq; sequatur. Et cū dixerit aliquis poeticū illud, hōes videlicet novis cantibus admodum delectari, metuere debet isti custodes, ne sepenuerō pōt tam quis putet nō cantilenas novas, sed modos canendi novos dicere, eosq; laudet. Oportet autē neq; laudare quicquā tale, neq; suscipere. Cauendū sanē speciem musica novam inducere, tanquam in toto naufragium. Nusquam n. musica modi mutatur, absq; maximarum legum civilium mutatione, ut ait Damon, cui & ipse assentior. Me quoq; scito, o Socrates, assentiri. Arcē igitur quandam custodia gratia, hi ipsi custodes circa musicam struere debent. Nempe eiusmodi prænavigatio clam ac facile surrepit. Certē iocis cuiusdam instar, atq; ita ut nihil ledere videatur. Atqui paulatim nobis familiaris effecta, sensim in mores serpit et studia: ex his deinde ad cōmercia emergit amplior: demū a cōmercijs in leges respUBLICASq; erūpū magna, o Socrates, cū petulantia atq; lascivia, quousq; eādem privatim ac publicē cūctā perveniat. An hoc ita se habet? Ita mihi videtur. Ergo ut a principio diximus, statim a primis annis pueri honestis in iocis assuescendi sunt. Nam si iocis minus decentibus assuescant, nunquam legitimi probiq; viri evadere poterunt. Quāvis? Quando itaq; bene incipientes pueri iocari ac ludere, legitimū per musicam morem imbibunt, in cōtraria his oīno ac superioribus musica tendit, atq; prosequitur erigere, siquid antea in civitate iacebat. Vera loqueris. Quā igitur exigua videntur esse civitatis instituta, ut dixi, hi reperient, q; superiores oīa perurbabant. Qualia? Hac videlicet. Quē admodum tacere debent corā senibus iuniores, cedere illis locū atq; assurgere, parentes colere: quis tonsuræ modus servandus cuiq;, quibus vestibus calceisue viendum, & oīno quis corporis ornatus conveniat, ac cetera generis eiusdem. An non putas? Equidem. Atqui legibus hac prescribere, ineptum, ut arbitror, videretur. Nā neque id vsquam fit, neq; constarent hac verbis literisq; mandata. Quomodo enim? Apparet itaq;, o Adimante, quale cuiusq; fuerit puerilis educationis initium, talia fore et quæ sequuntur. An non simile semper simile prouocat? Cur non? Ac tandē dicendū ē. in vnum aliquod summū & potens, siue bonū, seu malū desinere. Quid prohibet? Hac equidem rōne nunquam statuere legibus hac contenderē. Et meritō quidem. Dic per Deos, nunquid negotia ipsa forensia mutuaq; commercia & pacta in mechanicis artibus, itē conuicia & verbera, citationes in iudicia, constitutiones iudicū, & siqua vel circa forū, vel portus, aut imponēda aut exigēda sunt. Rectigalia,

vel oīno forensia quæq; iura, vel urbana, vel naualia, et reliqua id genus, an hac, in quā, vel horū quicquam legibus cōstituere aggrediemur? Haudquaquam decet viris bonis præclarisq; præcipere. Hac n. plurimum qualia & quō statuenda sint, facile ipsi reperient. Numvū, o amice, si deus illis legum illarū quas supra posuimus, salutē præstiterit. Sin minus, ita vitam ducent, ut multa eiusmodi legibus statuunt, corrigantq; semper & innovent, putantes ita se quod est optimū assequi. Dic nē pe istos perinde victuros, ac illos qui cū egrotent, propter intemperantiam insalubre victum mutare nolunt. Sic profusus. Enimvero ridiculo quodāmodo isti ī morbis perseverare videntur, curationibusq; suis nihil aliud assequuntur, quā quod plures vehementioresq; morbos efficiunt; confiduntq; semper, siquis pharmacis agi consulat, bene se valituros. Oīno tales sunt ita laborantium morbi. Quid verō? nōne hoc in illis gratiosum? quod oīum inimicissimū eum putent, qui vera monet, dicitq; nō prius pharmaca, vitiones, incisiones, incantationes, eāque quæ extrinsecus admouentur, aut eiusmodi aliqua profutura, quā desinat quis ebrietati, voragini, veneri, otio indulgere? Haud admodū gratiosum istud. Nā indignari adversus eū qui vilia cōsulit, gratiā habet nullā. Ergo viros hmoi, ut videris, nequaquam probas. Minimē per ionem. Neq; est si civitas tota id agat quod modo dicebamus, laudabis. An non idē quod isti facere tibi civitates videntur, q̄cunq; male instituta, civibus interdiciunt ne totum ipsum reip. statum moueant, alioquin capite dammentur quicunq; res innovant? Contrā quisquis presentem gubernationem approbat, confirmatq;, voluntatesq; gubernatium aucupatus assentitur, suffragatur, & explet, hic demū bonus vir, hic in rebus maximis sapiēs, hic honore dignus existimetur? Idē profusus facere mihi videntur, neq; vllō pacto hmoi respub. laudo. Quid autē? nōne eorum fortitudinem, propensioemq; affectum miraris, qui his civitates curare contendunt? Admiror e quidem, his exceptis qui ab ipsis falluntur, putantq; reuera ciuiles esse, quod vulgō laudentur. Quid autē? An non isti ignoscis? Nunquid existimas eū qui nutriendi sit ignarus, siquando ceteri multi tales quadricubitum esse eū prædicent, effugere posse quin & ipse de se idem existimet? Non istud quidē. Ne igitur agre ferus. Sunt nā hi quidem oīum modō quodam ridiculo gratiosissimi, qui leges ferunt in his quæ diximus, emendantq; semper, cōfidentes se sine aliquem reperturos circa ea quæ inique ī cōmercijs cōmittuntur, & circa illa quæ ego paulo antē dicebam, ignorantes quod reuera tanquā hydra capita amputant. Certē nihil aliud faciunt. Equidem specie hanc institutionum circa leges ac respub. arbitror verūm conditorem legum, neq; in male disposita, neq; in bene constituta civitate curiose tractare: in illa quidem, quoniam inutilia sunt, hmoi instituta, neq; mouent quicquam: in hac autē, quia partim quisq; reperiet, partim suapte natura ex superioribus studijs proficiuntur. Quid præterea restat nobis lege præcipiendum? Nobis quidem nihil. Apollini autē Delphico maxima, præclarissima, prima instituta. Quæ nam ista? Templorū constitutiones & sacrificia, ceteriq; deorū & demonū atq; heroum cultus, sepulchra præterea & funera defunctorū, & q̄cūq; sunt ad eos placādos ministeria subeūda. Talia pro-

Institutio puerorū in iocis honestis.

fecto neque ipsi scimus, & in ordinanda ciuitate nulli cre-
demus alteri, si sapiemus, nulloq; alio utemur interprete,
nisi patrio deo. Hic nempe deus in rebus homini cunctis
hominibus patrius interpret, in media terra super umbilicum
sedens, exponit. Scite loqueris, atq; ita agendum. Con-
stituta iam tibi, o Aristonis fili, sit ciuitas. Deinceps
autem & luce aliunde magna illata, per eam & ipse cir-
cumspecte, & fratrem aduocatum, & Polemarchum, &
alios insuper, ut experiamur, si quo pacto iustitia & in-
iustitia ubi locorum sint, videre queamus: quouere inter se
discrepent, atq; utrum horum consequi debeat is qui beate ui-
diturus sit, siue lateat, seu non lateat deos oes & homines.
Nihil, inquit Glaucos, agis, o Socrates. Tu enim inuestigare
pollicitus es, quasi impium futurum sit, si non pro uiribus
fueris suffragatus iustitie. Vera admones, inquam ego,
& ita certe agendum. Oportet tamen & vos mihi adesse.
Sic agemus, inquit. Spero itaq; hac ratione id inuenire.
Nepere arbitror ciuitatem, si recte nobis fuerit constituta, ab-
solute bonam existere. Neceesse est. Constat utiq; quod
sapiens est, fortis, & temperata, & iusta. Constat. Quo-
cumq; horum in ciuitate coperto, reliquum erit quod nondum
inuentum. Quidni, inquit? Si ex alijs quibusdam quat-
tuor, unum aliquid in subiecto aliquo inquireremus, illudq;
primo pateret, satis nobis esset factum: quod si tria reliqua
prius copieremus, ex hoc ipso quasi cognosceremus, quia
constaret nihil esse aliud quam quod restaret. Probe loque-
ris. An non de istis est, quandoquidem quattuor sunt
duntaxat, eodem modo querendum? Plane. Atqui ex
his omnibus prima in ciuitate sapientia praeferenda uidetur,
aliqui due mirandum circa ipsam apparet. Quidnam?
Sapiens mihi reuera ciuitas quam descripsimus, esse ui-
detur. Na consulta est. Nonne? Est profecto. Etenim
haec ipsa in consilijs perspicacia, scientia quaedam est. Non enim
in scitia, sed scientia potius homines bene consulunt. Perspi-
cium id quidem. Multa uero ac varia in ciuitate scietia
sunt. Sunt. Nunquid propter ipsam fabricarum scientiam,
sapiens & bene consultata ciuitas appellanda? Nullo mo-
do propter istam, sed fabricalem. Non ergo sapiens appellan-
da est ciuitas, ex eo quod propter fabricalem scientiam de operi-
bus ligno conficiendis, qua ratione peragatur, bene consultet.
Non certe. An non forte propter scientiam, qua aenea ope-
ra fingit? Vel aliam tale? Certe propter nullam homini.
Neque et propter scientiam consiliumq; fructum ex terra pro-
ducendorum colligendorumq; sapiens nominatur, ac bene con-
sulta, sed agricolaria. Sic opinor. Quid uero? Est ne
aliqua scientia in ciuitate nuper a nobis condita, apud ci-
ues uillos, qua non de re aliqua in ciuitate priuata delibe-
ratur, sed de uniuersa potius ciuitate, qua ratione & ipsa
ad seipsam & ad alias ciuitates optime sese gerat? Est
nimium. Quae nam haec, & in quibus? Ipsa scilicet ci-
uitatis diligentia, & in his principibus quos modo cu-
stodes perfectos appellabamus. Propter hanc ergo scientiam,
quo nomine ciuitatem nuncupas? In consultando perspicacia,
ac reuera sapientia. Utrum plures in ciuitate fabros ararios,
quam ueros hosce custodes esse putas? An contra? Multo
certe plures ararios fabros. An non & reliquorum omnium
artificum, quicumq; aliqui esse dicuntur, isti paucissimi erunt?
Paucissimi admodum. Ergo ex minima quadam genere sui-
parte, & ex scientia qua in presidente & principe parte
inest, tota sapiens erit secundum naturam ciuitas instituta:

atq; id, ut uidetur, natura paucissimum rarissimumque ge-
nus, cui conuenit esse huius scientiae particeps, quam solam
ex omnibus alijs decet sapientiam appellare. Verissima nar-
ras. Hoc itaq; unum ex quattuor, non uides qua ratione in-
uenimus? Et ipsum. Et qua sit ciuitatis in parte loca-
tam? Mihi quidem sufficienter uidetur inuentum. At
uero neque inuentu difficile est, quid fortitudo sit, quae ue-
ciuitatis in parte locetur, propter quam fortis ciuitas nu-
cupatur. Quoniam pacto? Quisnam ad aliud quicquam
respicit ciuitatem uel timidam, uel fortem nominat, quam
ad eam partem qua pro ipsa pugnat ac militat? Certe nul-
lus ad aliud. Neque enim alij in ipsa uel timidi, uel fortes
existentes, autoritatem habent, qua eam uel timidam uel for-
tem reddant. Non certe. Fortis igitur ex parte sui aliqua
ciuitas erit, ex eo quod in ea uim quandam habeat, quae ratio
in omnibus seruat opinionem, quod ea duntaxat terribilia
sint, & talia, quae & qualia legislator in eruditione pronus
ciuit. An non hanc fortitudinem uocas? Non satis quod
dixisti, percepi, dicas iterum. Conseruationem quandam forti-
tudinem esse dico. Quam conseruationem? Opinioni uideli-
cet lege per educationem concepta, qua iudicantur quae ter-
ribilia sint, & qualia. In omnibus autem eam conseruationem
esse dixi, hoc est, ut rata semper & uigilanter seruetur, siue
quis doloribus afficiatur, seu uoluptatibus, aut cupidita-
tibus, aut timoribus, nec ullo pacto quis propter haec ab ea
dimoueat. Cui autem simile esse id arbitror, si uis tibi ap-
peria. Cupio equidem. Nescis quod fullones, quoties uolue-
lanas purpureo colore inspicere, primo quidem ex tot coloribus
albam eligunt, deinde non mediocri opera praeparant, ut quam
maxime flores suscipiant, atq; ita demum colore inspergunt
purpureo. Quod autem ita est tinctum, indelebile permanet,
neque sola aqua dilui, neque et additis his purgationibus, quae
ad abstergendum pertinent, aboleri flos ille coloris potest. Quae
autem non ita praeparata sunt, scilicet qualia euadant, seu alijs
coloribus, seu istis tingat aliquis, cum minus antea excolue-
rit? Certe deformia sunt, coloresq; eorum facile diluuntur.
Tale aliquid facere studuisse nos pro uiribus cogita, quae
do milites ipsos eligebamus, eosq; & in musica & gym-
nastica erudiebamus: atq; existima nihil nos aliud ex-
cogitasse, quam ut nobis quam optime persuasi leges in-
staret coloris cuiusdam imbiberent: adeo ut eorum opinio de re-
bus terribilibus, deq; ceteris omnibus immobilis perseveret,
ex eo quod optima natura geniti fuerint, & decenti edu-
catione nutriti, neque coloratione eorum delere ualeat purga-
mina ista ad diluendum uehementissima: uoluptas scilicet
oem saponis acrimonia, aluminisq; & calcis ad expur-
gandum acrior, dolor item, metus atq; cupiditas oem aliam
purgamine ad abstergendum potentiora. Hanc utiq; uim
passim recte legitimamq; opinionis conseruatricem circa terri-
bilia eorumq; contraria, fortitudinem uoco equidem atq; asse-
ro, nisi tu forte quid aliud dixeris. At ipse nihil aliud.
Uideris enim opinionem eadem de eisdem absq; disciplina co-
ceptam, ferinam uidelicet & seruilem, haudquaquam exi-
stimare legitimam, sed aliud quiddam quam fortitudinem nu-
cupare. Verissima loqueris. Admitto igitur hanc fortitu-
dinem esse. Intellige insuper & ciuilem, atq; ita recte acci-
pies. Deinceps autem de hac, si uolueris, alias diligentius per-
tractabimus. In praesentia uero non istud quidem, sed instituta
queramus. Ad cuius inuestigationem, satis de hac, ut arbi-
tror, dictum. Praclare loqueris. Duo restat praeterea in ciuitate
confid

consideranda, temperantia scilicet, & cuius gratia oia indagamus, iustitia. Prorsus. An quoquo modo iustitia iam ipsam reperire potuimus, ne rursus in inuestiganda temperantia immoremur? Haud video equidem qua ratione id fieri possit, quin neque velle prius nobis iustitia innotescere, quam temperantia considerauerimus. Quare si mihi obsequi vis, prius hoc quam illud inuestigato. Volo equidem, ne sim iniurius. Inquire iam. Ecce perquiro, atque ut hinc iutueri licet, consonantia & harmonia magis quam superiora similis est. Quo pacto? Ornatus quidam est temperantia, & a voluptatibus cupiditatibusque, quibusdam, ut perhibent, abstinentia. Du vero temperatum hominem seipso potentior, suique victorem nescio quo modo esse dicunt, & quadam similia, tanquam vestigia nonnulla temperantia signant. An non? Maxime oium. Nonne quod seipso potentius nuncupatur, ridiculum quodammodo apparet? Quisquis .n. seipso potentior, seipso quoque imbecillior erit: rursusque qui imbecillior & potior. Idem quippe aliquis in his oibus appellatur. Quidni? Atqui videtur mihi id velle sibi hic sermo, quod in hominibus a duo quedam sunt. Vnum quidem melius, alterum vero deterius. Et quando quod natura melius deteriori dominatur, tunc aliquis se ipso potentior dicitur, atque hoc sermone laudatur. Quoties autem propter improbam nutritionem vel consuetudinem aliquam, quod est melius, quum minus ipsum sit, deterioris multitudinem superatur, hoc ex opprobrio quodam seipso imbecillius dicitur: & qui ita affectus est, intemperans appellatur. Sic apparet. Contemplare hanc nuper a nobis conditam civitatem, inueniesque ipsi alterum horum inesse. Potentior quippe ipsam seipsa iure vocata fateberis. Nam si melius in ea peiori imperat, temperantia dicenda est, & seipsa melior. Contemplor equidem, ac vera loqueris. Enimvero plurimas variasque cupiditates, voluptates, dolores, in his oibus reperire maxime quisque poterit, mulieribus & ministris, & eorum qui liberi esse dicuntur in ipsis plebeis abiectione hominibus. Omnino quidem. Similes autem & moderatas, quae cum mente & opinione relecta, ipsa rationatione ducuntur, in paucis sane reperies, & hu quidem natis optime & optime educatis. Vera haec sunt. An non haec in civitate haec esse vides, atque hic cupiditates vulgi viliumque personas superatas cupiditatibus & temperantia paucorum modestorumque virorum? Cerno equidem. Si qua igitur civitas potior cupiditatibus & voluptatibus, atque item ipsa seipsa, haec maxime talis appellanda est. Prorsus. Itaque nonne iusta haec oia & temperata? Maxime. Atqui si in illa alia civitate tam subditis quam imperantibus opinio, quibus deferre potissimum imperium deceat, haec inest, in hac praecipue inesse oportet? an non ita censes? Magnopere istud quidem. Quibus itaque potissimum civibus inesse temperantiam dices, quoties sese ita habuerint? in principibusne? an in subditis? In ambobus quodammodo. Cernis quam apte ratiocinati sumus paulo ante, harmonia cuidam esse similem temperantiam? Curnam? Quia non quemadmodum sapientia & fortitudo in partibus quibusdam iacentes, illa quidem sapientem, haec forte efficit civitatem, ita modestia quoque: sed instar harmoniae quae diapason dicitur, per totam civitatem diffunditur, efficiens ut in idem debiliores homines fortioresque, & medij, prudentia, potentia, multitudine, pecunys item, aut alio quodam hominibus consonent.

quapropter rectissime possumus temperantiam hanc appellare concordiam, deterioris videlicet & potioris secundum naturam consensionem, quae doceat, quem vel in civitate, vel in unoquoque conveniat dominari. Assentior equidem. Cum ita sit, tria iam nobis in civitate coeperta sunt, ut ex his apparet. Reliqua vero species, propter quam praeterea virtutis particeps civitas esset, quae nam erit? Constat haec esse iustitiam. Constat plane. Numquid iam nos oportet, o Glauco, tanquam venatores hunc cessum circumdare, circumspicientes nequa ex parte iustitia subterfugiat, & ab oculis evanescent, sese occultat? Patet .n. hic esse. Fige itaque passim intuitum, atque annitere, si quo modo possis prior me eam cernere, ipsamque mihi ostendito. Utinam possem. Verum satius me videris, ut tali quodam comite, qui possim demonstrata prospicere. Sequere igitur, mecum Deum ante precatus. Efficiam quod mones. Ducas modo. Inaccessibilis hic locus atque umbrifus esse videtur, abditae certe imperscrutabilis latebra. Veruntamen pergendum est. Pergendum plane. Hic ego Glauconem inspiciens, Huius hui, inquam, mi Glauco, videtur vestigia quadam eius quod quaerimus, nacti, apparetque istud haud diu nos effugituru. Faustus certe nuncius. Quam molles hebetesque sumus, o Glauco. Quid istud? Iampridem nobis ab ipso principio, vir beate, quod quaerimus, ante pedes voluitur, neque ipsum inspeximus, sed aequum ridendi fuimus, ut illi qui saepe quod in manibus habent, perquirunt. Nos quoque longum petebamus quod prope nos erat, vel forte nos latuit. Quo istud autem? Ita. Nempe videmur mihi dicentes istud pridem & audientes, haudquaquam aut advertisse id quoquo modo nos dicere. Prolixum sane praemium audire cupienti. Attende siquid dico. Nam quod principio passim statuimus faciendum, cum civitatem condidimus .i. ut arbiter, vel species quaedam ipsius, iustitia. Nam diximus saepenumero, si recordaris, nunquam oportere unum aliquid exercere eorum quae civitati conducant, ad quod ipsius natura esset aptissima. Diximus proculdubio. Etenim quod sua agere, neque in alienis curiose occupari, iustitia est, & ex alijs multis audivimus, & saepe ipsi diximus. Diximus plane. Hoc virum videtur amicum cum sit, quodammodo iustitia esse, sua scilicet agere. Scis unde istud conieci? Nequaquam sed dicas. Videtur mihi quod reliquum nobis est in civitate, praeter illa quae consideravimus, temperantiam, fortitudinem, prudentiam, hoc esse quod oibus illis vim praebet, quae & innascerentur, & innata perseverarent, quatenus ipsum adest. Atqui diximus iustitiam fore quod restaret, si tria nobis coeperta essent. Necessarium id quidem. Verumtamen si iudicandum sit, quid horum potissimum cum inest, bonam efficit civitatem, ambiguum erit, virum consensio imperantium & subiectorum, an legitima opinionis servatio in militibus, iudicantis secundum legem quae terribilia censenda sint, quae ne non: vel in principibus ipsis prudentia & custodia. An id potius bonam ipsam praeceteris reddat, cum inest pueris, mulieribus, seruis, liberis, artificibus, magistratibus & privatis, quod videlicet sui quisque unus unum egerit, minime per aliena vagatus. Ambiguum certe. Quidni? Ergo vis ipsa sua quae quisque in civitate agit, de ipsius civitatis virtute ex aquo cum supra eius temperantiaque, et fortitudine certat. Valde. An non igitur iustitiam pones, quod cum istis ex aquo de civitatis virtute concertat? Omnino equidem. Considera

Temperantia

Inuestigatio iustitia.

Iustitia.

Considera praeterea & hac ratione, nūquid tibi sic videatur. An principibus in ciuitate mandabis ut iuste sint asserant? Cur non? An iudicabunt alterius cuiusquam auidi magis quam huius ipsius, ut singuli neque usurpent aliena, neque sis priuentur? Nō alterius certe, sed istius duntaxat. Tanquā id iustum sit? Nempē. Et hac cōuog, rōne asseritur sui cuius & proprii possessionē actionēq; esse iustitiā. Est ita. Vide nūquid & tibi idē quod mihi videatur. Si faber opera coriarij aggreduatur, vel coriarius fabri, vel instrumenta inter se cōmutent vel prēmia, aut si idem utraq; exercere cōtendat, oīaq; talia inuicem permuentur, nūquid cōmutationem hanc existimas magna quadā iactura afficere ciuitatē? Haud certe nimis. Quoties autē aliquis artifex vel alius natura quaestuarus, diuitijs elatus, vel multitudine copiaq; vel robore, aut eius modi alio quopiā, in militaris hoīs ordinem transire conatur, vel miles cū sit indignus, in consularis nititur & custodia ascendere dignitatem, & instrumenta vicissim istipmiaz permutant, aut idē aliquis hęc oīa simul peragere tentat, tunc arbitror cōfusionem peruagationemq; eiusmodi videri tibi ciuitatis totius interitum. Et maxime quidem. Cū ergo tria in ciuitate sint genera, horū cōfusio, alteriusq; in alterū cōmutatio extrema ciuitatis calamitas est, & maxima corruptela. Penitus. Corruptelā verō summam ciuitatis tuā, nōne iniustitiam esse dices? Quidni? Hoc igitur iniustitia est. Rursus autē sit dicimus. Quaestuarus, auxiliarius, cōsularis generis actio propria, vnoquoq; suū opus peragere in ciuitate, contra ac cōfusio illa superior, & iustitia erit, & ciuitatem iustā efficiet. Haud aliter quā si se habere videtur. Nondū oīno istud debemus asserere. Verū si & in cuiusq; hoīs aīo species eadem considerantibus nobis iustitia esse assereretur, tū demū consentiemus. Nā quid aliud dixerimus? alioquin tunc aliud quicquā excogitabimus. Nunc autē disceptationi huic finē iam imponamus, secundum quam existimauimus, si pluriū habentium iustitiam in maiori prius eā cōtemplaremur, facile deinde in hoīe vno nos quale hoc sit inspecturos. Visumq; nobis est maius ipsum, ciuitatē existere, atq; ita quā optimā potuimus eam condidimus, scientes in bona rep. inesse iustitiam. Quare quod in illa nobis apparuit, referamus ad vñ: & si idem ibi constet, satis nobis erit factum. Siquid autē aliud in vno appareat, rursus ad ciuitatē cōuersi, hęc examinabimus. ac fortē alterna cōparatione disceptātes, velut scintillas, ex his iustitiam excutiemus, eamq; iam cū clarē micuerit, apud nos ipsos stabiliemus. Scitē loqueris, atq; ita agendū. Nūquid quod idem appellamus tā maius quā minus, dissimile est quatenus idē, an simile? simile certe. Ergo vir iustus à ciuitate iusta quo ad iustitiā spēm pertinet, nihilo differt, sed similis erit. Similis. Atqui ciuitas iusta esse tunc visa est, cū in ipsa tria hoīum genera pro natura cuiusq; sic instituta erūt, ut vnusquisq; suum opus exerceat. Temperata rursus & fortis & sapiens, propter alios quosdā eorundē generum affectus & habitus. Vera hęc sunt. Vñ quoq; oī amice ita censebimus, habentē easdē has eius in aīo species, propter affectus eosdē, eadem nō a merito cū ciuitate sortiri. Necessē est omnino. In leuē mne rursus amice de anima cogitationem incidimus, ut vñ tres in se species has habeat, necne? At minime mihi in leuē disceptationem delapsi videmur,

Fortē enim quod dicitur, verum est, o Socrates, pulchra difficilia esse. Apparet vñ. Ac certē scitō, o Glauco, nos, ut mea fert opinio, nūquā ex discursibus huiusmodi, qualibus in praesenti disputatione utimur, exacte id cōprehensuros: longior porro via est, q̄ ad hoc nos ducit. Forte tamē secundū ea q̄ supra dicta & considerata sunt, facilius disceretur. An nō sat istud videri debet? Mihi sanē in praesentia id sufficere. Mihi quoq; valdē sufficere. Ergo ne te pigeat, sed considera. Profecō nobis necesse est consistere, easdem in nobis species atq; mores inesse, quas et in ciuitate. Neq; n. aliunde in ciuitatem hęc deuenerūt. Ridiculū quippe esset, si quis iracundam aīositatem, existimaret nequaquā ex priuatis hoīb; in ciuitatibus inuectam esse, quorum idem est captus, qui & Thracum, Scytharū, superiorumq; gentiū: aut sapientiae studium, non ex tali priuatorū instinctu, qualis natura nostris hoīb; est tributus: aut quaestus auiditatem, non ex ea singulorum hoīum cupiditate, qua affecti apprime dicuntur Phoenicij, Aegyptiūq; nō nihil. Et maxime quidē. Hoc quidem ita se habet, neq; difficile cognitu. Haud certē difficile. Id autē difficile iam, verum vno quodam eodem singula hęc agamus, an potius tria quadā habeamus in nobis, quorū singulis, singula operamur: vno quidē discernimus, irascimur alio, terro concupiscimus voluptates eaq; ad nutritionē generationemq; pertinent, ceteraq; hōis. Vel tota aīa vnumquodq; explemus, cū conciti rem agredimur. Hęc haud facile pro rei dignitate discernuntur: Mihi quoq; idē videtur. Sic autē agrediamur hęc distinguere. Nunquid eadem sunt inuicem, vel diuersa? Quoniam pacto? Constat planē idem contraria fieri seu pati secundū idem & ad idē simul non posse. Quāobrem si quando reperiemus in ipsis hęc fieri, intelligemus non vñ idem hęc esse, sed plura. Estō. Animaduert quod dico. Dic. Stare simul atq; moueri idē secundum idem nunquid potest? Nullo modo. Praeterea hęc diligentius confirmemus, nequa procedentibus nobis ambiguita fortē suboriatur. Siquis n. dixerit hoīem stantem quidem, mouentē verō manus & caput, eundē stare simul atque moueri, haudquaquam ita dicendum censebimus, sed partem quidem eius manere, partē verō moueri? An non ita? Ita prorsus. Quod si artificiosus & argutus iste luserit, asserens turbidem trochumq; totum moueri simul & stare, quando in eodem puncto centrū aculeumq; figens reuoluitur: vel aliud quicquam, dicens idem agere, cū eidem affixum cardini circūferretur: nequaquam assentiemur, quod non secundum eadem sui hęc tunc moueantur & maneat. Dicendū quippe habere ipsa rectū in se atq; rotundum: & secundum rectum quidem stare, cū nulla ex parte declinent: secundum verō rotundum, circummoueri. Quoties autem dum quid reuoluitur, in rectum quoq; deuehitur siue ad dexterā siue ad sinistrā, vel ante vel retrō, tunc nusquā permanet. Recte admodū. Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit, persuadēbitq; quod idem quandoq; simul secundum idem atq; ad idem, contraria sit, vel agat, vel patiatur. Me quidē minime ista mouebunt. Veruntamē ne in istis obiectionibus enarrādīs reijciendisq; ut potē falsis, diutius cogamur insistere, supponentes iam id ita esse, ulterius progrediamur, confessi inuicem, si quando aliter quā si se habere hęc appareant, quaecunq; ex his dicuntur, fore soluta.

Luta. Sic nimirū decet. Nōne annuere & renuere, ag-
gredi & declinare, asciscere & rejicere, inter se contra-
ria ponere, siue actiones seu passionēs? Nihil. n. interest.

Contraria. Quid autē hęc? esurire, sitire, & oī no cu-
pere, velle, eligere, nōne ad eorū species referes, q̄ modo di-
ximus? Veluti semper cupientis aī am nōne vel aggredi
dices illud quod appetit, vel asciscere quod sibi adesse eli-
git, vel quatenus vult aliquid sibi porrigi, annuere, &
illud ad se trahere, amantis more ut isthuc fiat affectan-
tem. Equidem. Quid Verō, nolle, aspernari, negligere,
non cupere, nōne in rejiciendi repellendiq̄ speciem, & in
oīa illis contraria referemus? Quidni? Cūm hęc ita se
habeant, speciem aliquā cupiditatū esse dicemus, & ma-
nifestissimas oīum aliarum cupiditates, sitim & famē?

Dicemus utiq̄. Et hanc quidem potus, illā cibi? Ita
est. Nūquid inquantū sitis est, alicuius p̄terea cupiditas
est alterius quā cuius nos dicimus, potus scilicet et sitis?
Huius dūt axat sitis. Nūquid calida potionis, vel frigi-
da, vel multa, vel pauca? Vel in pauco qualis cuiusdā
poculi? Vel potius si calor sitiente inest, frigidi appetitū in-
ducit: sin autē frigus, calidi? Et si propter presentia mul-
titudinis, multa sit sitis, multi aviditatem inferit: sin autē
pauca, pauci? Ipsum verō sitire nunquā alicuius alterius
appetitio est, quā cuius suapte natura est, ipsius videli-
cet potionis: rursusq̄ esurire, comestione? Ita certē ipsa cu-
piditas quęq̄ ipsius cuiusq̄ est solū, cuius ipsa natura est.
Talis autē vel talis cuiusdā propter additamenta quādā
dicitur. Cauendū est autē, ne quis nos improvidos turbet,
inferens neminē potū cupere, sed potū bonū, vel cibū, sed
bonū cibū. Nempe bona oēs expetunt. Quare si sitis appe-
titio est, boni est, siue potionis seu cuiusvis alterius est avi-
ditas. Similiterq̄ de ceteris. Fortē nōnihil efficere vi-
debitur, qui talia dixerit. Verūtamen quotcūq̄ eiusmodi
sunt ut alicuius sint, talia quādā talis cuiusdā sunt,
ut arbitror. Ipsa autē quęq̄ ipsius cuiusq̄ dūt axat. Hanc
intelligo equidem. Nō intelligis maius ipsum eiusmodi es-
se, ut semper aliquo maius existat? Planē. Nōne mino-
re? Minore. Multo autē maius, multo minore, an non?

Sic est. Et quondā maius, quondā minore, & futurū
maius, futuro minore? Nihil prohibet. Atq̄ et plura
ad pauciora, dupla ad dimidia & oīa talia, itemq̄ grā-
uiora ad leuiora, & velociora ad tardiora, & calida itē
ad frigida, oīaq̄ horū similia eodē modo inuicē referūtur?

Certē. Nōne & de his q̄ ad scīas spectāt, eadem ratio?
Scientia quidem ipsa rei ipsius q̄ scitur, scīa est, vel cuius-
cūq̄ alterius dicenda est esse scīa. At verō scientia quādā,
& scīa talis rei, cuiusdā, & talis esse dicitur. Tale ve-
rō aliquid dico. Postquā edificadārū adium scīa exiitit,
ab alyis scientiis discreta est, adeo ut edificatoria appella-
ta sit. Quidni? Nōne ex eo quod talis sit, qualis aliarū
nulla? Nempe. Ergo quia talis cuiusdā, ideo talis quādā
effeeta est. Eodemq̄ modo cetera artes omnes atq̄ scīa.

Est ita. Hoc itaq̄ inferre me voluisse tunc dicito, si mo-
do nunc intellexisti, quod quęq̄ eiusmodi sunt, ut alicui-
us sint, ipsa quidem sola ipsorū sunt duntaxat, talia ve-
rō quorundā talia quādā. Neg, verō ideo dico, quod qualia
sunt, sint & talia, quia scilicet & agrotantiū & bene-
valentiū scīa, bene vel malē valēs & ipsa sit: bonorū itē
atq̄ malorū, bona rursus ac mala: sed quoniā nō illius i-
psius duntaxat cuius absolutē scīa est, euasit scientia, imō

talis cuiusdā, hoc autē est salubre & insalubre, talis quā-
dā ipsa quoḡ effeeta est. Ex quo factum est, ut non am-
plius scīa simpliciter appelletur, sed quali quodā addito,
medicinaria scīa. Teneo iā, mibiq̄ hęc ita sese habere vi-
dentur. Sitim verō, nōne his annumerabis, quā id quod
sunt, alicuius existunt? Est autē sitis? Annumero equi-
dem, & potionis sitim esse dico. An non qualis cuiusdā
poculi, qualis quādā sitis? Ideoq̄ sitis ipsa, neq̄ multi,
neq̄ pauci, neq̄ boni, neq̄ mali, neq̄ ut vno verbo cōple-
ctā qualis cuiusdā, sed potionis ipsius solummodo, sitis i-
psa natura est? Sic est oīno. Sitientis igitur aīa quate-
nus sitit, non aliud appetit quā bibere, idq̄ affectat, &
ad ipsum fertur. Cōstat. Siquid ergo ipsam quādōq̄ re-
trahit sitientē, aliud quiddā erit in ipsa ab ea parte diuer-
sum q̄ sitit, & quasi bestia quādā ad bibendum impellit.
Neg, n. fieri posse dicimus, ut idem aliquid eodem sui cir-
ca idē simul agat cōtraria. Nō certe. Quemadmodum
absurdum dictū est, eādē sagittarū manū simul ar-
cum intēdendo protrahere atq̄ cōtrahere. Porro dicendum
est, alterē esse manū q̄ protrahit, alterā verō quā cōtra-
hit. Ita prorsus. Fatemur ne esse aliquos, qui cūm sitiāt,
nōnunquā bibere nolint? Multos, ac sepe. Quid de ijs
aliquis dicit? nōne inesse in horum aīa aliquid, quod ad
bibendum allicit? aliquid cōtrā quod cohibet? quod qui-
dem & aliud est, et ei quod allicit, dominatur. Mibi qui-
dem videtur. An nō igitur quod prohibet ista, ex rōne
inest quoties operatur? Quā verō cōcitant atq̄ trahunt,
ex affectibus perturbationibusq̄ sunt? Apparet. Me-
rito igitur duo hęc inter se diuersa existimabimus, & il-
lud quidem quo rōcinatur aīus, rōnale ipsius denomina-
bimus. Illud verō quo amat, esurit, & sitit, & ad alias
libidines pronior labitur, irrationale, & avidum reple-
tionum quarundā & voluptatum. Diuersa profecto, in-
quit. Meritoq̄ ita censebimus. Hęc itaq̄ due iam in aīa
species, inquam ego, distinctę sint. Illud autem quod ad
irascibile pertinet, quōne irascimur, utrum tertium quid-
dam est? an alterius horum cognatum? Fortē eius quod
voluptates cupit, est cognatum. Atqui credo hoc equi-
dem ex eo quod audiui quondam: quod videlicet cūm
Leontius Aglaionis filius ex Piræo sub boreali muro ad
ciuitatem ascendens sentiret extrā cadauera prope littuo-
iacentia, simul & videre cupiebat, & horrebat tamen,
absterrebatq̄, vultumq̄ tegebat, secum ipse pugnans.
cupiditate deniq̄ superatus, ad cadauera directis & pa-
tescētis oculis aduentauit, dicens: Ecce iam vobis licet,
o infelices, desiderium vestrum pulchro explere spectacu-
lo. Audini & ipse. Itaq̄ sermo testatur, irā sepe pugna-
re aduersus concupiscentiam, tanquā hęc inter se diuersa
sint. Id certē significat. Nōne & alibi frequenter ani-
maduertimus, quādo distrahunt aliquem p̄ter rōnem
cupiditates, obiurgantem ipsum sese, & aduersus id sui
quod trahitur indignātem? Et quasi duobus dissentientib.
adiutricem rōni iram accurrere? Cupiditatibus verō cō-
iunctam, nihil rōnis voluntati cōtrarium moliri: nec te
arbitror inquam asserere, vel in te ipso, vel in alio tale
quiddā dephendisse. Nunquam per Iouē. Quid porro?
Quādo quis iniuriā inferre se putat, nōne quo generosior
est, eo minus irascitur, dum esurit et alget, et aliud quod
uis tale patitur ab eo quē iure hęc agere cōfer? Et quod iā
dixi, irā istius in eum quodāmodo non irritatur? Vera
loqueris.

loqueris. Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat, nonne tunc satagit & sauit, & auxiliū præstat ei quod iustū videtur, famē, frigus, & cetera talia tolerans? Et ad victoriā contēdit, neq; a generoso opere cessat prius quā vel trāsegerit, vel obierit, vel tanquā canis a pastore, ita demig; reuocatus ab ea q̄ in ipso est rōne mitescat? Oīno hæc vis ei similis est, cui tu coparas. Etenim i nostra ciuitate auxilios ipsos tāquā canes posuimus obteperantes principibus quasi quibusdā pastoribus ciuitatis. Optimē quod dicere volebā intellexisti. Sed vñ & hoc insuper aduertis? Quid istud? Quod in presentia cōtra ac suprā de iracundia indicamus. Tunc sanē irascēdi vim ad cōcupiscēdi naturā referēbamus. Nūc verō multū interesse dicimus, ac multo magis irā asserimus aīa partibus inter se dissidētibus pro rōne arma capessere. Ita prorsus. Nunquid & irascēdi vis est a rōne diuersa, vel quadam spēs rōnis, adeo vt non tres in aīo, sed dua species sint, rōnale & cōcupiscens? Aut potius quemadmodū in ciuitate apparuerunt tria quadam genera, qua ipsam continent, q̄stuarium, auxiliarium, cōsulatus, ita & in aīa tertia quadam vis est iracundia, qua natura ipsa rationis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit deprauata? Neesse est vt tertia sit. Nēpē et si alia quā ratio apparuerit, quemadmodū suprā visa est, a concupiscētia differens. At verō facile id quidē patere potest. Nā in puerulis quibus istud intelligat, qui statim nati iracūdia pleni sunt. Rationis autē aliqui nūquam, multi sero cōpotes fieri mihi videntur. Per Ionē præclare loqueris. Præterea in bestijs ita esse quisq; vt ipse dicis, cōperiet. Testatur & istud Homeri illud quod suprā induximus, Pectora castigans monitis affatur acerbis: Perpetere, o cor, nā tu longē alias grauiora tulisti. In his porō Homerus tanquā hæc inter se differāt, alterū horum obiurgare alterum facit, ipsam videlicet rōnem de meliori peioriq; consultantem, irrationalem iracundia impetū cohibere. Rectē admodū loqueris. In his itaq; vix tandem consensimus, satisq; inter nos constitit, eadē in ciuitate, eadem & in cuiusq; anima genera esse at nūmero paria. Sic certē. Quin & hoc necessarium est, quemadmodum & quo sapiens erat ciuitas, ita & eodē sapientem esse priuatum? Planē. Item quo fortis est priuatus aliquis & quō, eodem & ita fortem esse ciuitatē, & in ceteris omnibus ad virtutem utraq; similiter se habere. Neesse est. Atqui & iustum, o Glauco, virū dicemus eadem rōne, qua dicimus ciuitatem. Necessariū id oīno. At nondum illud oblitū sumus, quod ciuitas ex eo iusta visa est, quia cum tria in ea sint hōum genera, suum quisque explet officium. Haud certe mihi oblitū videmur. Meminisse ergo oportet quod quisq; nostrum, cuius singula anima partes quod suū est agunt, & iustus erit & sua peragens. Meminisse prorsus. Nōne rōnali potentia conuenit imperare, cum sapiens sit, geratq; totius animæ providentiam? Irascēdi verō natura obsequi rationi, perq; illam pugnare? Penitus. Nōne vt suprā tractauimus, musica & gymnastica mixtio atq; temperantia vt concordia ista sint, efficit? Vñ quidem horū intendens augensq; & nutriens p̄claris sermonibus, & disciplinis: alterū verō remittens, sedās, mansuefaciens per harmoniā atq; rhythmū? Maximē. Cumq; ita nutrita hæc fuerint, & q̄ sua sunt, reuera didicerint, & opti-

mē fuerint erudita, ardori concupiscētia præsidebunt: q̄ pars aīa in quocunq; est plurima, neq; vnquā pecuniarū possessione repletur: cauebuntq; ne corporalium voluptatum expletione adaneta grandior robustiorq; euadat, nolitq; suo duntaxat officio fungi, sed subycere sibi illa contēdat, quibus imperare natura nō debet, atq; ita vniuersam oīum vitam peruertat. Sic prorsus. Quinetiā ab externis hostibus hæc aīa oīm corpusq; custodit, dum illud quidē provide consulit, hoc autē propugnat, obtemperat principi, fortitudine quæ consulta sunt, peragit. Vera hæc sunt. Fortē profectō hæc ex parte virum quēq; vocamus, quando in ipso iracundia vigor ita institutus est, vt in medijs voluptatibus & doloribus, in snā sua persistat, nō aliter esse de terribili & nō terribili iudicandū, quā ratio ipsa dictauerit. Probē. Sapientē verō breui illa ex parte q̄ imperauit in ipsos, & ista dictauit, habens in seipsa scientiā qua discernit quid potissimū ex vsu sit tam singulis quā vniuerso ex his tribus ceteri cōstituto. Certē. Temperantem rursus aliquem appellamus horum ipsorū amicitia atq; concordia, quādo & quod præsidet, & quod subest, in snā eandem conueniunt, rōnem scilicet imperare decere, neq; ab illa desciscendū esse. Temperantia profectō nihil est aliud & priuatum & publicū. Iustus demig; ex eo atq; ita erit quisq;, ex quo sape iam diximus, & quemadmodū exposuimus. Neesse est, inquit, prorsus. Quid porō? inquit. Est ne aliquid quod hæc nostrā vsque adeo snā inturbet, vt aliud videatur esse nobis iustitia, quā quod in ciuitate cōstitit? Mihi quidem nō videtur. Quinimō, siquid adhuc inter nos in cōtrouersia sit, sic iterū superiora penitus cōfirmamus, absurda illa huic obijcientes. Qualia? Veluti si in hoc deliberare nos oportuerit de ciuitate illa, de q; hōe eadē cū illa pacto nato atq; nutrito, nūquid vir talis cū depositū auri vel argenti acceperit, videatur quādoq; fraudē excogitaturus. censet aliquem iudicaturū eiusmodi virum fraudem cōmittere potius quā secus affectos hōes? Nemine prorsus. An non a sacrilegijs hic, furtijs, proditiōibus tam priuatum aduersus sodales, quā publicū aduersus rep. innocens erit? Innocēs. Atqui neq; perfidus vel inreuerādo, vel quibuscūq; cōmercij. Nullo pacto. Adulteria quidē, parentū contemptus, impietas in Deos, cui libet alteri potius quā huic conueniunt. Ita prorsus. Nōne horum oīum causa hæc est, quia quicquid in ipso est, suū opus exequitur, siue imperando, siue exequendo? Nulla certē alia. Quid? q̄ris aliud esse iustitiam quā hæc ipsam vim, q̄ tales viror, & tales efficit ciuitates? Ego quidē minimē. Tandē nobis absolutū somniū illud est, quod nos cōieciisse diximus: nempe quod mox incipientes condere ciuitatē, Deo quodā fauente, in aliquod principū imaginemq; iustitiæ ingressi videmur. Oīno quidem. Hoc autē erat, o Glauco, propter quod confert quoddā iustitiæ simulacrū. Nempe debere qui natura corarius est, arte hanc exequi, aliud nihil aggressum: qui verō faber, fabricare. Similiterq; in ceteris. Apparet. Reuera quidē talis iustitia est, sed nō circa actionē exteriorē, imō circa interiorē suarū partū actionē verē ad ipsammet aīam, & ad sua: dū nihil permittit ex suis aliena tetare, neq; sinit anima genera opera inuicem confundētia per plura vagari: sed reuera propria rectē digerit, suiq; est dominus, sese exornat, amicus sibi

sibi ipse effectus, in se tria ipsa contemperans tanquam tres terminos harmonia, neates, hypates, & media, hoc est, octava vocis, et grauis, quinta, seu quavis alia media fuerit. Itaq; haec ora neclens, ipseq; undiq; vnus effectus ex multis temperans atq; concinens, ita demum agit siquid agit, vel circa pecunias acquirendas, vel corporis cultum, vel etiam circa ciuilia, aut priuata comercia, in his oibus actionem illam iustam & praeclarā existimans, qua habitū hunc per agit atq; seruat. Sapientiā verò operationi huic praesidente scientiam: iniustam aut operationem qua hanc dissoluit, insipientiam: deniq; operationis huius ducem, opinionē. Vera prorsus, o Socrates, loqueris. Si ergo nos inuenisse dixerimus iustum virum, & ciuitatem iustā, quidue in vtriusq; iustitia sit, haud forte multū, vt arbitror, mentiri videbimur. Nō per Iouem. Afferendū igitur. Proculdubio. Esto itaque. Enimvero deinceps de iniustitia considerandum videtur. Planē. Seditionē quandam horum trium iniustitiam appellare decet, curiosamq; & variam alieni operis usurpationē, & insolentem partis cuiusdā prauaricationē aduersus totam animam rebellantis, insurgentisq; ad imperandū regio animi generi, cui seruire eam natura iubet. Talia quaedam, vt arbitror, atq; horū turbationem erroremq; iniustitiā esse dicemus et intemperantiā, ignauitiā, insipientiam, et uniuersam deniq; et prauitatē. Hae prorsus ita se habent. Nōne satis iā perspicue patet, quid est iniusta facere et iniuriari, ac rursus quid agere iusta, quandoquidem iustitia & iniustitia patent. Quoniam pacto? Quia nihil à salubribus et insalubribus differūt. Nepe vt haec circa corpus, sic circa animam se habent et illa. Qua rōne? Salubria quidem sanitatē inducunt, insalubria morbū. Planē. Similiter quoq; iusta agere, iustitiā gignit in aīo: iniusta facere, iniustitiam. Necessē est. Est aut sanitatem inferre, ita que in corpore sunt disponere, vt secundū naturā ipsius ordinem inuicem superentur et superent. Morbum aut inducere, vsque adeo corporis partes inficere, vt cōtra naturā legem dominantur inter se subicianturq;. Est ita. Eadem rōne iustitiam praestare cuiquā, nihil est aliud quā animi partes in ordinem suum digerere, vt ad naturā normā pareant atq; imperent. Iniustitiā verò vt contra naturā exuperent inuicem ac succūbant. Prorsus. Virtus igitur, vt apparet, sanitas quaedā est, & pulchritudo, & robustus animi vigor. Prauitas cōtrā morbus, turpitudine & imbecillitas. Est vt dicis. Nōne igitur exercitationes honestae ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad prauitatē deducunt? Necessē est. Restat vt videtur, discutiedū, nunquid proficit agere iusta, honesta colere, esse iustū, siue occultum id cuique sit, siue non: An iniuriari & iniustū esse, si modo non det pēnas, neque fiat castigatio ne melior. At mihi quidem, o Socrates, ridicula disceptatio ista fore videtur. Siquidem corporis natura corrupta, videtur non esse viuendum, neq; et in summa epularum & poculorum oīum affluentia, cunctis diuitijs, & totius orbis imperio. Natura verò eius quo viuimus, polluta atq; corrupta, num viuendū erit, si quis quodcumq; lubet, aliud agat quā hoc vnum, vnde ab improbitate iniquitateq; liberetur, iustitiam verò & probitatem adipiscatur, postquam talia haec vtrāq; qualia narrauimus, apparuerunt. Ridicula profecto. Verum posteaquā

eo deuenimus, vt quā certissimē fieri pōt, quōd haec ita se habent, perspiciamus, minimē desistendum. Per Iouē minimē omnium. Age igitur, inquā ego, huc accede, vt videas quot species improbitas habet, vt mihi videtur. Attende nunc. Nempe haec digna spectatu. Sequor equidem, dicas modo. Atqui tanquam ē specula quadam, postquā huc ratiocinando cōscendimus, vnā mihi species virtutis occurrit, prauitatis innumera. Ex quibus quatuor quidem modi potissimum sese offerunt, quorum meminisse oportet. Quō istud ais? Quot sane rerumpub. modi sunt species suas habentes, totidem esse & animae ipsius apparent. Quot? Quinque rerumpub. quinque rursus & animae. Dic quales. Vnū aliquem reipub. modum esse hunc assero, quem exposuimus. Duabus verò appellationibus declarari potest. Nam si inter principes ciuitatis vnus quidam sit oīum praestantissimus, regnū vocabitur. Sin autem plures, gubernatio appellabitur optimatum. Vera narras. Hanc vnā ideo speciem esse dico, quia siue plures gubernent, siue vnus, nullus qui ita, vt diximus, educatus & eruditus fuerit, quicquā existimatione dignum in reip. legibus permutabit. Neque enim consentaneum esset, inquit.

Virtutis vnā species, prauitatis innumera. Rerumpub. modi quinque.

DIALOGVS QVINTVS DE IVSTO. MARSILII FICINI ARGVMENT.



NON sum necius fore nonnullos qui Apologiam à nobis expectent, qua quintum hunc dialogū cōtionem omnium in ciuitate ponentem, defendamus contra calūnias, tum maledicorum, tum etiam ignorantium. Verum legant Platonem ipsum, precor, legant diligenter, ac sine inuidia indicent, Apologiam (scio quid loquar) nullā desiderabunt. Plato igitur Phaebeus humani generis medicus, quū animaduertet et singulos hoīes et familias & ciuitates semper & vbiq; grauer agrotare, neq; vllis haētens ciuiliū medicorum medicamentis tot secula iā frustra curantū, vel liberari morbo, vel salte leuari paulum, atq; minimū conualescere, tam prudenter quā pie ad legem illā se contulit praecipuā apud medicos, qua medicinae sanctiū auctores, si quis medicamentis talibus, puta frigidis, diu adhibitis minimē cōualescat, esse tandē rite ad calida transeundū. Cognoscēs ergo genus humanū per leges distribuentes ppria tot seculis nihil proficere, imō verò in deterius quotidie labi, non iniuria ad amicitiae se trāstulit leges, cōia inter amicos oīa fore iubentes, vt diuisione diuisioniq; et miserie sublata causa, cōcordiam, vniōem, felicitatem cōsequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. Socrates in principio quartae disciplinā educandae iuuentutis cunctis legibus anteponens, raptim attigit, videri optimā disciplinam fore, si vxorum, filiorum, rerum cōio fiat. At quoniam res est & noua quā plurimis et plurimis inaudita, reuocatur ad eā statim in principio quinti declarandā apertius et firmiter cōprobandam. Iam verò & si à Critia et Timaeo didiceris disciplinā similē extitisse quondā apud Graecos Aegyptiasq; Athenas, neq; nimis admiraberis tanquam nouā, neq; diffidēt audies tanquā penitus arduā, neq; inuitus admittes quasi nō bonā. Mitto quōd multū tradūt apud Boemos Placam vrbē aliquando similiter gubernatā. Atqui Diodorus insulā in Oceano meridiem versus describit, in qua praeter cetera cōes et sint vxores, viriq; philosophiae plurimū astrologiaq; studiosi. Pōponis quoq; Melatestis est Garamates in extremis Aphricae partibus cōia habere in rep. oīa. Similem pterea bonorum fuisse cōtionem iter philosophos Brachmanas, Gymnosophistas, Esseos, Pythagoricos, et deniq; iter sanctos quondā Christianae reip. inuadito res, cōpertū habemus. Videmus quoq; seculis nostris illos dūtaxat, religiosos ad virtutē felicitatēq; accedere, iter quos nihil est ppriū. At nō se vxorū te cōio turbat, primo quidē pmittito apud Platonē rite ex lege fieri, qd apud adulteros sacerdotes i cōio fit sacrilegio. Deinde Platonē ipm audito prius quā iudices, altius i sua cā declamātē. i sequē

De iniustitia.

Virtus sanitae. Prauitas morbus.